

Ipe aut cult^o ei^o: nō est referēdus ad alia bona q̄ dat deus. Tunc enī erit gratuitus. Ad qd certamen puocans hostis ausus ē dicere deo: Nunqd Job gratis colit deū? Porro si in suum venūdat^o est Ioseph: et humiliat^o et exaltatus locum fecit ad temporalia bona pplo dei vt firmaret sup inimicos eius: q̄tomagis Iesus venūdatus et hūiliatus a fratribus suis fm carnē: et exaltatus in cel: locū facit ad eterna bōa populo dei trūphāti de diabolo et angel ei^o. Audi ḡ semē Abrae: nō de carne gloriās: s̄ imutans fidē. Audite fvi dei et electi dei p̄missionē habentes vite p̄sentis et future. Si temptationes dure sunt in hoc seculo: Ioseph in carcere: Iesum in cruce cogitate. Si rerū tpalium p̄speritas adiacet: non p̄pter ipam deo: s̄ ipa vtimini p̄pter deuz. Nec est existimetis p̄pter vite hui^o necessaria coli a cultoribus suis: que donat et blasphematoribus suis: sed q̄rite p̄mum regnū dei et iusticiā eius: et hec omnia apponētur vobis.

Explicit Tractatus de ps. CIII.

Incipit Tractatus de ps. CV.

Psalms centesimus quintus: etiaz ipe p̄notat Alla: Et hoc dupliciter. S̄ qdā dicit vnu alla p̄tinere ad finem psalmi superioris: alterū ad huius p̄ncipiū. Et hoc asserūt q̄ oēs alleluatici psalmi habeāt in fine alla: nō omēs in capite. Cū q̄cunq; psalmus nō h̄z in fine alla: nec in capite volūt eum habere. Q̄ autez in eius capite videt esse: ad finem superioris p̄tinere. Sed nos quousq; nobis aliq̄bus certis documentis id verū esse psuadeāt: multoz consuetudinē sequimur. Qui vbi cūq; legunt alla: eidē psalmo attribuunt: i cui^o hoc capite inveniūt. Paucissimi enī codices sunt: qd q̄dem in nullo grecorum reperi quos inspicere potui q̄ habeāt alla in fine: p̄ter centesimi et q̄nquagesimi psalmi cōtexionē: post quē iā nullus est: q̄ ad eū dē canonē p̄tinet. S̄ neq; hoc posset prescribere cōsuetudini: etiā si oēs codices id haberēt. Fieri enī potuit: vt aliqua ratioe laudationis dei totus psalmoz liber qui libris quinq; cōstare p̄hibet: Naz vbi scriptū est: Fiat fiat: ibi fines libroz eē dicit: post omia que cantata sunt: vltio alla clauderet. Nec p̄pter finē cētēsimi et q̄nquagesimi psalmi necesse esse video vt omēs alleluatici in fine habeāt alla. Cū enī in capite psalmi geminat alla: cur dñs aliq̄ sc̄l:

aliq̄ bis dicat amen: et eo mō nō possit ali q̄n semel: aliq̄ bis dici alla: nescio: p̄sertim qz post numeri notā quo psalm^o inscribitur quotus sit: velut iste cētēsimus quint^o vtrūq; alla positum est. Debit aut vnuz poni an ipm numerū si ad finem p̄tinet superioris: et post numerū psalmi scribi alterum alla: qd ad psalmū ipsius numeri p̄tinet. S̄ fortasse et it̄ impita p̄ualuit p̄suetudo: et aliqd asserti p̄t qd adhuc ignoramus: vnde nos magis docere debeat iudicium veritatis: q̄ p̄iudiciz p̄suetudinis. Nūc tñ añq; hoc p̄discam^o: vbi cūq; post numez psalmi: siue sc̄l: siue bis p̄scriptū inuenimus alla: fm celeberrimā ecclie p̄suetudinem ei psalmo tribuim^o: q̄ eodē numero p̄notat: cōfidentes nos arcana oim tituloz q̄ sunt in psalmus et ordines eozū dē psalmozū: et magna esse credere: et nondūz sicut volumus penetrare potuisse. Video aut istos duos cētēsimū q̄rtum et cētēsimū q̄ntum ita inf se p̄iunctos: vt in vno eozūz q̄ p̄cedit cōmendet p̄pls dei in electis eius: de q̄bus nulla q̄rela sit: quos ego arbitroz ibi fuisse: in q̄bus bñplacitum est deo: in isto aut q̄ sequit eos cōmemoratos q̄ in eodem pplo amaricauerūt: nec tñ etiam ipis dei misericordiam defuisse. Dicunt aut ista ex eozū p̄sona qui veniā p̄uersi p̄cant: et exempla cōmemorant illoz in q̄s etiā pctōzes diues apparuit misericordia dei. Incipit ḡ etiā iste psalmus sicut ille.

Expositio psalmi.

Confitemini dño. Sed ibi sequitur: Et inuocate nomen eius: hic autem. Qm̄ bonus: qm̄ in seculū misericordia eius. Quapropter p̄t h̄ q̄dem intelligi etiā confessio peccatorum. Nā et post paucos vsus sequit: Peccauimus cū p̄ribus nr̄is: iniuste egim^o: iniquitatem fecim^o. S̄ in eo qd dicit: Qm̄ bon^o: qm̄ in seculū misericordia ei^o: laus vtiq; dei est: atq; in eius laude cōfessio: q̄q; etiā cū sua quisq; p̄fiteat peccata: cū dei laude cōfiteri debet: nec alit pia est cōfessio pctōz: nisi si desperās: et poscēs misericordiaz dei. Habet ḡ eius laudē: siue etiā in v̄bis cū eū bonuz et misericordē dicit: siue in solo affectu cuz h̄ credit. Naz et ille publicanus cuius sola illa verba commemorata sunt: Bomine p̄piti^o esto mihi peccator: et si nō dixit: quoniam bon^o et misericors es: v̄ aliqd h̄mōi: non tamen illud diceret: nisi hoc crederet

quoniam cum spe orauit: que sine vlla fide non posset. Potest et esse laus dei vera et pia: vbi non sit confessio peccatorum: que laus multo crebrius in scripturis confessio vocatur: Nulla est autem peccatorum confessio pia et vtilis: vbi non laudat deus: siue corde: siue etiam ore atque sermone. Quod autem habet aliquid co-dices: quoniam bonus: aliquid habet: quoniam suavis. Ita vniuersum verbum grecum quod dicitur $\chi\rho\iota\sigma\tau\omicron\varsigma$: diuersa interpretatio secuta est. Item quod dictum est: Quoniam in seculum misericordia eius: grecus habet $\epsilon\iota\varsigma\ \alpha\iota\omega\ \nu\alpha$: quod potest etiam in eternum interpretari. Proinde si illa misericordia hic intelligitur: quod nemo sine deo beatus esse potest: melius accipi-mus in eternum. Si autem illa est misericordia que mi-seris exhibet: ut vel consolentur in miseria: vel ab illa etiam liberentur: melius in seculum: hoc est versus in fine seculi: in quo non deerunt mi-seri: quibus misericordia prebeat. Nisi forte quis au-deat dicere etiam in his que damnabuntur cum diabolo et angelis eius aliquam misericordiam dei minime defuturam: non quod ex illa damna-tione liberentur: sed ut eis aliquatenus mitige-tur: atque ita eternam posse intelligi dei miseri-cordiam super illorum eternam miseriam. Sed tolera-biliores quosdam excepturos damnationem in quorundam compatitio legimus: aliquid vero mitigari eam cui est traditur pena: vel quibusdam interuallis habere aliquam pausam: quos audaciter dixerit: quandoquidem vniuersam nullam diues ille non meruit. Sed de hac tanta re diligentius ex ocio differendum est: nunc quod ad istum psal-mum attinet: hactenus de illa dictum esse suffecerit. **Quis loquetur potentias domini.** Impletus consideratione diuinorum operum: quod misericordiam eius exposcit: **Quis inquit loquetur potentias domini.** **Auditas faciet omnes laudes eius.** Subaudiendum est quod supra dictum est: ut etiam ista sententia ita sit plena: **Quis auditas faciet omnes laudes eius.** Id est quoniam sufficiat auditas facere omnes laudes eius. **Auditas faciet:** dixit: id est faciat ut audiant: ostendens ita loquendas potentias domini et laudes eius: ut predicentur audi-entibus. Sed quis potest omnes: An forte quis sequitur. **Beati qui custodiunt iudicium: et faciunt iusticiam in omni tempore.** **Eas dixit laudes eius:** que intelliguntur opera eius in preceptis eius. **Beatus** est enim (ait apostolus) qui operatur in vobis. **Et dictum est semini Abrahe:** caritate eius et psallite ei: **Quod intelleximus** ita dictum: ac si diceret: bona in eius laudem et dicite et facite. **Quibus** duobus verbis: id est caritatis et psal-lendi conuenire duos sequentes versus: ut quod

dictum est: **Narrate omnia mirabilia eius:** hoc sit: caritate eius: quod verbo dictum est: **Laudamini in nomine sancto eius:** hoc sit: psallite illi. **Hic** quippe semini etiam ipse dominus dicit: **Luceant opera vestra coram hominibus:** ut videant bona facta vestra: et glorificent preteritum vestrum quod in celis est. **Hic** ipsa dei precepta considerat: quorum preceptorum opera laudes sunt eius qui operatur in suis: ait: **Quis loquitur potentias domini.** **Quoniam** ineffabiliter operatur: **Quis auditas faciet omnes laudes eius.** **Id est** quis cum audient faciet omnes laudes eius: que sunt opera preceptorum eius: **Quia** inchoatus sunt: et si non omnia que audita sunt fuerint: ille laudandus est qui operatur in nobis: et velle et operari pro bona voluntate. **Id est** cum posset dicere omnia manda-ta eius: vel omnia opera mandatorum eius: maluit dicere laudes eius: quia ut dictum est: in quantum fuerint ipse laudandus est. **Quas tamen** laudes quoniam sufficit auditas facere: **Id est** cum audite fue-rit facere omnes quos est idoneus: **Beati** qui custo-diant iudicium: et faciunt iusticiam in omni tempore. **Uti** quod ex quo incipiunt et viuunt in tempore. **Qui** enim perseuerauerit versus in fine: hoc saluum erit. **Potest** autem videri eiusdem sententia repetitio: ut hoc sit fa-cere iusticiam quod est custodire iudicium: ut etiam in superiori versus subaudiatur in omni tempore: sicut in posteriori subaudiatur beati: et redditis que subaudiuntur ita dicatur: **Beati** qui custodiunt iudi-cium in omni tempore: beati qui faciunt iusticiam in omni tempore. **Sed** nisi aliquid interesset in iudicium et iusticiam: non in alio psalmo diceret: **Quousque** iusticia peruertat in iudicium. **Amat** quidem scriptura ista duos seponere: sicut est: **Iusti-cia et iudicium directio sedis eius.** **Et illud:** **Et** educet sicut lumen iusticiam tuam: et iudicium tuum sicut meridiem: cum et illic eiusdem sententia repetitio videatur. **Et** fortasse propter vicinitatem significationis etiam alterum pro altero po-teri potest: vel iudicium pro iusticia: vel iusticia pro iudicio: tamen si proprie dicantur aliud interesse non dubito: ut iudicium custodire dicatur quod recte iudicat: iusticiam vero facere quod recte agit. **Acc** absurde existimo intelligi pro illud quod dictum est: **Quousque** iusticia peruertat in iudi-cium: etiam hic eos dictos beatos qui iudicium custodiunt in fide: iusticiam faciunt in opere. **Cle-**met enim tempus ut iudicium quod modo custodit in fi-de: etiam exerceat in opere: cum iusticia peruer-sa fuerit in iudicium: id est cum acceperit ius-ti potestatem iudicandi eos recte a quibus modo non recte iudicant. **Ubi** alibi ipsum corpus christi intelligitur dicere: **Cum** accepo tem-pus ego iusticias iudicabo: **Quod** verbum e-vo magis diceret: equitates iudicabo.

Non aut dicit: Cū accepero tpus iusticiā faciā: qz omni tpe faciēda est: sicut etiam h dicit: Qui faciūt iusticiā in oī tpe. Bein de qz deus iustificat: id est iustos facit: sanando eos ab iniquitatibus suis. Sequitur oratio. **Admēto nostri dñe in bñplacito populi tui:** Id est vt i eis sim⁹ in qbus bñplacitū est tibi: qz non in omib⁹ illis beneplacit⁹ est deo. **Visita uos i saluari tuo.** Ipe est enī saluator in quo peccata dimittunt⁹ z aie sanant⁹: vt possint custodire iudiciū: z facere iusticiā. Quos cuz beatos esse intelligerent q h loquunt⁹: hoc sibi psequenter orādo petunt. Be isto saluari alibi dicit: **Ut cognoscam⁹ in terra viā tuam:** z quasi qreremus in q terra: secutū est: in oibus gentib⁹. **Rursuz qsi qreremus:** quā viā: secutū ē: salutare tuū. Be illo dñe dicit Symeō senex: **Qm viderit oculi mei salutare tuū:** Qui etiā de seipo dicit: **Ego sum viā vītas z vita.** **Visita ergo nos in saluari tuo:** h est in christo tuo. **Ad videndū in bonitate electoz tuoz:** ad letandū in leticia gentis tue: Id est ad h nos visita in saluari tuo: vt videamus in bonitate electoz tuoz: z letemur in leticia gentis tue. **Qz** aut hic positū est: in bonitate: alij codices habēt: in suauitate: Sicut illud: qm bonus: alij hnt: qm suavis. **Idipm** aut vbum in greco est: qd z alibi legit⁹: **Bñs** dabit suauitatem: quam z aliq interpretati sunt bonitatē: aliq benignitatē. **Sed** qd est: **Visita nos:** vt videamus in bonitate electoz tuoz: id est in ea bonitate quam p̄stas electi tuis: nisi vt non remaneamus ceci: sicut illi quibus dictū est: **Hic** aut dicitis qz videm⁹: z peccatū vrm manet: **Bñs** enī illuminat cecos: nō meritis eoz: s in bonitate electorum suoz: id est quam exhibet: vel donat electis suis. **Sicut** salus vultus mei non a meipo: sed de⁹ me⁹: **Et** panem nrm dicim⁹ quotidianū: s tñ addimus: da nobis. **Visita** q nos in saluari tuo ad videnduz: id ē vt videamus in bonitate electoz tuoz: ad letandū: id est vt letemur in leticia gentis tue. **Unā** gentē dei intelligere debem⁹: vniuersum semē Abrae: s filios p̄missiōis nō carnis. **Hi** q quoz vox est optāt eiusdē gentis habere leticiā. **Et** que huius gentis leticia: nisi deus ei⁹ cui dicitur: **Exultatio mea redime me:** **Et** cui dē: **Signatū** est super nos lumen vultus tui dñe: dedisti leticiam in cor nostrū: summo scz vero incom-

mutabili z beatifico bono quod ipe de⁹ ē. **Ut lauderis cū hereditate tua.** **Di**roz istū vñculū sic interpretatum: z in multis ita esse codicibus: cū sit vna eademqz i tribus his versib⁹ greca locutio: vt si h recte dictum est qd legit⁹: vt lauderis cū hereditate tua: posset recte dici: vt videas in bonitate electoz tuoz: z letaris in leticia gentis tue: z lauderis cum hereditate tua: toto ipso sensu ita contexto. **Visita** nos in saluari tuo: vt videas in bonitate electoz tuoz: vt letaris in leticia gentis tue: z lauderis cū hereditate tua. **Scdm** h aut qd diximus: **Visita nos:** vt videamus in bonitate electoz tuoz: z letemur in leticia gentis tue: cōsequen⁹ z hic dici debuit: vt laudemur cū hereditate tua: cui hereditati dictū est: **Laudamini** in nomie sancto eius. **Porro** aut qm hec ambigua vidē lo cutio: si verus est iste sensus quo maluerūt interptes dicere: vt lauderis: etiā duo versus supiores ita intelligendi sunt: quia vt dixi vna est in his tribus vñsibus greca locutio: vt hoc totū ita dictum accipiat: **Visita nos in saluari tuo:** vt videamus i bonitate electoz tuoz: id est ad hoc nos visita: vt illic nos esse facias: z illic nos videas: vt letari in leticia gentis tue: id ē vt tu dicaris letari: cum illi letant⁹ ex te: vt lauderis cum hereditate tua: id est cū ea lauderis: qm non laudat⁹: nisi ppter te. **Sive** ergo illo siue isto mō intelligendū sit qd dictuz ē: ad videndū: ad letandū: ad laudandum: id se optant visitari in saluari dei: id ē in christo eius: vt non alienent⁹ a populo ei⁹: z ab eis in qbus bñplacitū est deo. **Quid** aut deinceps confiteant⁹ audiam⁹. **Beccauimus cum patribus nostris: in iuste egimus: iniquitatem fecim⁹.** **Quid** est cum patribus nostris: **An** sicut habet epistola ad hebreos: quia z Leui cū Abraam decimatus est: qm in lābis eius fuit quādo decimas dedit sacerdoti **Abel chisedech:** sic z isti peccauerūt cum patribus suis: in quozū lumbis erant: quādo illi in egypto fuerunt: **Nam** qui fuerunt eo tempore cuz psalmus iste conscriptus est: maximeqz posteri eozum: quia vel ab eis qui tunc erant dici: vel de post futuris potuit prophetari: longe aberant ab etate illorum qui in egypto peccauerunt: nō intelligentes mirabilia dei. **Hoc** enim sequitur exponendo quomodo peccauerūt cum patribus suis. **Patres nostri**

nō intellexerunt: inqt: in egypto mirabilia tua. Et cetera que de peccatis eorum multa commemorat. An sic potius accipiendū est qd̄ ait: Peccauim⁹ cuz p̄ri bus n̄ris: tāq̄ diceret: peccauim⁹ sicut pa tres nostri: eorū videlicet imitādo pecca ta: Qd̄ si ita est: astruendū est aliquo hui⁹ modi locutionis exemplo: qd̄ cum in p̄sen tia quererem nō occurrit: vt cū illo se q̄sq̄ peccasse: vel cum illo se aliqd̄ fecisse dicat: quem in simili facto etiā post multum t̄pis fuerit imitatus. Quid est ḡ: P̄ses n̄ri non intellexerūt i egypto mirabilia tua: nisi nō cōtuerūt qd̄ p̄ illa mirabilia eis p̄stare volu erūt: Quid vtiq̄ nisi vitā eternā: z n̄ t̄palē: s̄ in cōmutabile bonū qd̄ p̄ patiaz expecta tur. Ideo impatient̄ murmurauerūt z ama ricauerūt: z bonis p̄sentibus fallacib⁹ atq̄ fugacibus beatos se fieri quesierūt. Non fuerūt memores multitudis misericordie tue. Et intellectum redarguit z memoriā. Intellectu quippe opus erat vt cogitarent ad quorū bonorū eternitatem eos p̄ illa t̄palia vocaret deus. Memoria v̄o vt saltem quietēpaliter mirabilia facta sunt nō obliuiscerent: fideliterq̄ p̄sumerēt qd̄ eadem p̄tate quā fuerāt iam expti: deus illos ab inimicorum p̄secutione liberaret. Obliti sunt aut̄ qd̄ eis in egypto ad inimi cos eorū p̄terendos p̄ tanta p̄digia p̄stuit set. Et irritauerūt euz ascendētes in mare: mare rubrū. Codex quē in tuebar sic habebat: z his q̄dem duob⁹ ver bis vltimis qd̄ dictum est mare rubrū: stel la fuerat p̄notata: qua significant que i he breo sunt: z interpretatione septuaginta non sunt. Plures aut̄ codices q̄s inspicere po tui z greci z latini sic habēt: z irritauerunt: vel qd̄ expressius de greco est: et amari cauerūt ascendētes in mari rubro. Qui illaz legit historiā qm̄ exierūt de egypto: z p̄ ma re rubrū trāsierūt: dolet eorū infidelitatē: in quanta trepidatōe z desperatiōe fuerūt post recētia tor z tanta miracula i egypto: cuius multitudinis misericōdie dei nō eos fu isse memores dicit. Ascenderūt aut̄ p̄pter ea dictū est: qz ita est terre positio: vt descē sio dicat̄ in egyptū de terra chanaan: z in eam illinc ascēssio. Notandū est sane quē admodū scriptura culpāre voluerit: nō in telligere quod intelligendū est: z nō memi nisse qd̄ memoria retinendū est: quod ho mines sue culpe deputari nolunt: ad nihil aliud: nisi vt minus supplicēt: minusq̄ sint

humiles deo: in cuius cōspectu p̄fiteantur qd̄ sunt: atq̄ impetrato adiutorio possint esse qd̄ nō sunt. Nam etiā peccata ignorā tie vel negligentie meli⁹ accusant vt peant q̄ excusant vt maneāt: meliusq̄ purgāt in uocato deo: q̄ firmantur irritato deo. Ad iungit t̄n non s̄m eorū infidelitatē deum fe cisse. Et saluauit eos: inqt: p̄pter no men suū: vt notā faceret potētiā suā. Nō p̄p̄ vlla bona merita eoz. Et increpauit mare rubrū: z exiccātū est. Non legim⁹ vllā qua increparet mare emissam celitus vocē: s̄ potētiā diuinā qua id factū est increpationē appellauit: ni si forte quis dicat latenter increpatū: sic vt aqua posset audire: z hoies non possent. Valde occulta z obstrusa vis est: qua de⁹ agit: vt etiam illa q̄ sensu carent: confestim eius obtempēt volūtati. Et eduxit eos in abyssis sicut in deserto. Abyssos di xit multitudinē aquarū. Naz qd̄ā volētes istum versiculum totū interpretari: dixerūt: Et eduxit eos in aq̄s multas. Quid est ḡ i abyssis sicut in deserto: nisi quia aruerat siccitate velut desētū: vbi fuerāt abyssi aq̄ rum? Et saluauit eos de manu odi entū. Hunc vltim p̄ circuitū qd̄ā inter pretati sunt: v̄ba minus latina vitantes: Et saluos fecit eos de māu eoz q̄ oderāt eos. Et redemit eos de manu inimici. Quid precij datum est in hac redēptione? An p̄phetia est quod in figura baptismi s̄ factus ē: vbi redimimur de manu diaboli magno p̄cio quod sanguis est christi: Cū non quocūq̄ mari: sed mari rubro id con uentius figuratū est. Sanguis enim ru bruz colorē habz. Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remanlit. Non ex omnibus egyptijs: sed ex eis qui p̄sequebant̄ p̄fectos: apprehen dere vel interimere cupiētes. Et credi derunt in verbis eius. Minus latia videtur locutio: quia nō ait verbis ei⁹: vel in verba ei⁹: sed in verbis eius: t̄n scriptu ris vsitatissima. Et laudauerunt lau dem eius. Tales sunt locutiones cuz di cimus: Hāc seruitutē seruiuit: talem vitaz vixit. Laudem porro dei notissimam illam cōmemorat vbi dicit: Cātemus domiūo: gloriose enī magnificat⁹ est: Equū z equi tem piecit in mare. Cito fecerūt: ob liti sunt operū eius. Alij codices itel ligibil⁹ h̄nt: festinauerūt: obliti sūt opm ei⁹. Nō sustinuerūt p̄siliū ei⁹. Bebu

Alia lra
in crepuit

Alia lra
reduxit

Alia lra
in mari ru

Alia lra
non habet

erunt enim cogitare tanta erga se opa dei non esse inania: sed vacare ad aliquam sine fine felicitatem: quam per patientiam sustinenda est: sed festinauerunt beati fieri temporalibus rebus: quam ideo nemini conferunt veram felicitatem: quia non extinguunt insatiabilem cupiditatem. Qui enim bibent inquit ex hac aqua sitiet iterum. **Benignus** **Et concupierunt concupias in deserto: et temptauerunt deum in inaquoso.** Quod est in deserto: hoc repetitum est in inaquoso: id est in loco sine aqua: Quod vero concupierunt concupiam: hoc temptauerunt deum. Talis sane locutio est concupierunt concupiam qualis superior laudauerunt laudem. **Et dedit eis petitionem ipsorum.** Id est quod petitione petierunt. **Et misit saturitates in aias eorum.** Nec ideo beatos fecit: quia non erat illa saturitas: de qua dicitur: Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quam ipsi saturabuntur. Itaque hoc loco aias si secundum id quod rationalis est dicitur: sed secundum id quod aians corpus animal dicitur. Ad cuius animal sustentationem pertinet cibum et potum: secundum hoc quod in euangelio dicitur. Nonne anima plus est quam esca: et corpus plus quam vestimentum: Tantum ad animam pertinet vesci: ad corpus vestiri. Secundum hoc dicitur apud Esaiam. Quid est quod ieiunauimus: et non vidisti: defraudauimus animas nostras: et nescisti. **Et irritauerunt Moysen in castris: Aaron sanctum domus.** Quam dicat irritationem: vel sicut expressius alij interpretati sunt amaricationem: sequentia satis indicant. **Apra est terra et deglutit dathan: et opuit super aggregationem abyron.** Quod est deglutit: hoc est superoperuit. Amborum autem: id est Bathan et Abyron una erat causa superbissimi et sacrilegi scismatis. **Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit pectora.** Non est hoc nomen in scripturis visitatum eorum: quod licet iuste ac laudabiliter uiuant: non sunt sine peccato. Magis enim sicut interest inter irridentes et irrisores: inter murmurantes et murmuratores: inter scribentes et scriptores: et cetera similia: Ita scriptura peccatores appellare consuevit valde iniuste et gradibus peccatorum sarcinis oneratos. **Et fecerunt vitulum in orebus: et adorauerunt sculptile.** **Et mutauerunt gloriam suam: in similitudine vituli comedentis fenem.** Non autem in similitudinem: sed in similitudine. Talis est locutio qualis illa ubi ait: **Et crediderunt in verbis eius.** Elegans sane non ait: **Et mutauerunt gloriam dei: cuius hoc**

fecerint: sicut etiam apostolus loquitur: **Et immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: sed gloriam suam dixit.** Deus enim erat gloria eorum: si eius sustinerent similitudinem et non festinarerunt: cui dicitur. **Gloria mea et exaltans caput meum.** **Itaque gloria suam id est deum mutauerunt in similitudine vituli comedentis fenem: ut ab eo comederent a quo comedunt qui sapiunt secundum carnem.** **Dis enim caro fenem.** **Obliti sunt deum qui saluauit eos.** **Quo saluauit eos: Qui fecit magnalia in egypto: mirabilia in terra cham: terribilia in mari rubro.** **Que sunt mirabilia: ipsa sunt terribilia.** Nulla quippe admiratio est sine quadam foimidine: cuius ista etiam hinc terribilia dici potuerunt: quod aduersarios affligerunt: et istis quod deberet timere monstratum. **Et dixit ut disperderet eos.** **Quod obliti sunt eum qui saluauit eos faciens mirabilia et magna: et fecit et adoraueit sculptile.** **Hoc utique tam immani scelere et incredibili pietate digni fuerunt qui periret.** **Bixit quod ut disperderet eos.** **Si non Moyses electus eius stetit in confractioe in conspectu eius.** **Non ita dixit stetit in confractioe: quasi ut frangeret iram dei: sed in confractioe: id est in plaga que erant illi ferendi: id est nisi obiecisset seipsum pro eis dicens: Si dimittis illud peccatum dimitte: sin autem dele me de libro vite.** **Ubi demonstratum est intercessio scilicet: quantum pro alijs valeat apud deum.** **Securus enim Moyses de iusticia dei qua eum delere non posset impetrauit misericordiam: ne illos quos iuste posset delere dannaret.** **Ita stetit in confractioe in conspectu eius.** **Ut auerteret iram eius ne disperderet eos: et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.** **Sed nunquam viderant eam: Quod pro nihilo quam non viderant habuerunt: nisi quod sequitur.** **Non crediderunt in verbis eius.** **Profecto nisi terra illa significaret aliquid quod magnus: que terra dicebatur fluens lac et mel: pro quod visibile sacramentum ad inuisibilem gratiam regni que celorum duceret eos qui mirabilia eius intelligebant: nullo modo isti culpabuntur: quia pro nihilo habuerunt terram desiderabilem: cuius temporalis regni etiam nos pro nihilo habere debemus: ut hierusalem liberam misem nostram que in celis est vere desiderabilem diligamus.** **Sed potius hic infidelitas eorum merito redarguitur: quia in eo quod terram desiderabilem pro nihilo habuerunt: verbis dei non crediderunt pro quadam parua ducticia ad magna: et festinantes beari temporalibus**

Alla fra
t non babe
t verbo

rebus q̄s fm carnē sapiebāt: nō sustinuit
 (sicut supradictum est) cōsiliū eius. **Et**
 murmurabāt in tabernacul' suis:
 nō exaudierūt vocem dñi. **U**ebemē
 ter eos a murmuratiōe phibentis. **Et**
 eleuauit manū suā sup eos vt
 psterneret eos in debito. **Et** vt de
 iiceret semē eorū in nationibus: ⁊
 disperderet eos in regionib'. **H**ic añ
 q̄ diceret qd̄ tate indignationi dei q̄sq̄ in
 tercesserit: eumq̄ aliq̄ mō placauerit: secu
 tus adiunxit. **Et** initiati sunt beel
 phegor. **I**d est idolo gentiū cōsecrati.
Et manducauerunt sacrificia mor
 tuorū. **Et** irritauerunt eum in adin
 uentionib' suis: ⁊ multiplicata est
 in eis ruina. **T**āq̄ ad h̄ distulerit qd̄ le
 uauerat manū suā sup eos psterndos in
 debito: ⁊ deiiciendū semen eorū in natiōi
 bus: ⁊ dispēndos eos in regionib': vt da
 ti in reprobū sensuz: etiā illud admitterent
 in quo immaniore criminē euidenti iusticia
 punirent: quemadmodū dicit apls: **Et** si
 cut nō pbauerūt deū habere in noticiam:
 tradidit illos de' in reprobā mentez: vt fa
 ciant q̄ non cōueniūt. **B**eniq̄ tñ fuit sce
 lus eoruz q̄ consecrati sunt idolo: ⁊ come
 derūt sacrificia mortuorū: id est qz mortu
 is hoib' tāq̄ dñs sacrificabāt gētes: vt ali
 ter se placari de' nollet: nisi quō euz placā
 uit. **P**hines sacerdos: q̄ masculū ⁊ femiaz
 in complexu adulterino dephensos parit
 interemit. **Q**uō si odio eorū nō dilectiōe fe
 cisset: dū eum comederet zelus dom' dei:
 nō ei reputaret ad iusticiā. **H**oc eniz factō
 illū pplū cuius futur' erat maior interit':
 tanq̄ vnū hoīem: q̄si vga pculsit: vt aiā
 ei' saluaret a morte. **L**entiorē qdem reuela
 to testamēto nouo dñs Iesus christus eē
 voluit disciplinā: sed atrocior est cōmina
 tio gehenne: quā tunc in ill' cōminatōib'
 dei p tpm dispensatiōe nō legim'. **M**ulti
 plicata est ḡ in eis ruina: cū p suis gūibus
 pctis grauer vastaret. **Et** stetit **P**hi
 nees ⁊ placauit: ⁊ cessauit quassatio.
Breuiter totū dixit: qz nō h̄ nesciētes
 docet: s̄ cōmemorat sciētes. **Q**uare aut̄ h̄
 posita est quassatio: hec supius cōfractio.
Nam in greco vnū v̄bū est. **Et** reputa
 tum est ei in iusticiā in generatiōes
 ⁊ generationē vsq̄ in sempiternū.
Deus h̄ reputat sacerdotio suo in iusticiā:
 nō solum q̄ diu generatio est: s̄ vsq̄ i sem
 pitemū: qui cor scrutat ⁊ nouit apprehen

dere quanta id factum sit ppli in caritate.
Et irritauerunt eum ad aquā ptra
 ditionis: ⁊ veratus est **M**oyses
 ppter eos: qz exacerbauerunt spm
 eius. **Et** distinxit in labijs suis.
Quid est distinxit: Quasi illud non posset
 deus facere: q̄ tanta iam fecerat: vt aq̄ de
 petra pfluere. **B**ubitant enī petram vga
 pculsit: ⁊ ideo h̄ miraculuz distinxit a cete
 ris miracul' in q̄bus nō dubitauerat. **H**ic
 offendit: hic audire meruit vt moreret ne i
 traret in terrā pmissionis. **P**erturbat' enī
 murmure ppli infidel: non tenuit fiduciam
 q̄lem debuit: **L**ui tñ deus tāq̄ electo suo
 etiam post mortē eius bonum pbibet testi
 moniū: vt intelligam' illā fidei eius tūba
 tionem: hac sola pena fuisse correctam: qd̄
 i eā terrā ad quā pplm ip̄e ducebat: nō ē p
 missus intrare. **A**bsit aut̄ vt eū credamus
 alienatū a regno gr̄e dei: qd̄ significabat il
 la terra pmissionis vñ lac ⁊ mel defluere
 dicebat. **H**oc est enī poti' testamētū eter
 num: qd̄ disposuit ad **A**braam: nō fm car
 nem p̄rem n̄m: s̄ fm fidem. **I**lli aut̄ de q̄z
 iniquitatibus iste loquit psalmus: cū in il
 lam tpalem terrā repromissionis intrasset.
Nō dispdiderunt gentes quas di
 xit dñs illis. **Et** comixti sunt inter
 getes: ⁊ didicerunt opa eorū ⁊ hūie
 runt sculptilibus eorū: ⁊ factus est
 illis in scādalum. **I**llud qd̄ eas nō dis
 perdiderūt: sed eis cōmixti sunt: factus est
 illis in scādalu. **Et** immolauerūt fi
 lios suos ⁊ filias suas: demonijs.
Et effuderunt sanguine innocen
 tem: sanguine filiorū suorū ⁊ filia
 rum suarū: quas sacrificauerūt scul
 ptilibus chanaan. **I**mmolasse filios
 suos ⁊ filias suas: demonijs ⁊ idol: nō eos
 illa narrat historia. **S**ed neq̄ iste psalmus
 mentiri pōt: neq̄ p̄bete q̄ h̄ dicunt in his
 increpationū suarū locis: **H**abuisse vō istā
 p̄suetudinē gētes: nec eaz h̄re tacuēst. **S**z
 qd̄ est qd̄ seq̄t. **Et** interfecta ē terra i
 in sanguib'. **P**utarem' hic scriptorū er
 rorē eē: atq̄ dicerem' p̄ eo qd̄ ē infecta: se
 cisse infecta: nisi haberem' b̄nificiū dei: q̄
 scripturas suas in mltis liguis esse voluit:
 atq̄ ita esse scriptū: **I**nterfecta ē fra in san
 guinib': inspectis grecis codicib' videre
 mus. **Q**uid ē ḡ: **I**nfecta ē terra: nisi h̄ re
 ferat ad homies qui habitabant in terra:
 tropica locutiōe: qua significat p id qd̄ cō
 tinet: id qd̄ continet: sicut dicimus malaz

Alia fra
 murauit

Alia fra
 comederunt

domū in q̄ mali habitāt: z bona in q̄ boni.
Ipi nanq̄ interficiebāt aīas suas immolā
 do filios suos: z effundēdo sanguinez par
 uulorū a consensione illius sceleris alieno
 rum. **U**n̄ dictū est: **Effuderūt sanguinē in**
nocentem. Ergo interfecta est terra in san
guinib⁹. Et contaminata est in ope
ribus eorū. Cum ipi interfecti sunt i aīa
z contaminati in opibus suis. Et forni
cati sunt in adinventionibus suis.
Has dicit adinuētōes q̄s greci ἐπιτηδευ
 αατα appellant. Nam h̄ v̄bū est in codi
 cibus grecis: z hoc loco z supius vbi dictū
 est: **Irritauerūt eū in adinventionib⁹ suis.**
Suz z illic z hic eas dicat adinuētōes in
 q̄bus alios imitati sūt. **N**ō itaq̄ sic dictas
 arbitremur adinuētōes: q̄si ab ipis insti
 tutas: nullo in alijs p̄cedente q̄d imitarien
 tur exemplo. **U**nde alij interptes n̄ri: non
 adinventiones: s̄ studia. **A**lij v̄o affectio
 nes vel affectatiōes: alij voluptates dice
 re maluerūt. **E**t idē ipi qui dixerūt adinuē
 tiōes: alio loco studia posuerūt. **H**oc ē q̄d
 cōmemorare volui: ne q̄stionē faceret no
 men adinuētōis in ea re quā nō a seipis
 excogitauerūt: sed alios imitati sunt. **E**t
 iratus est furore domi⁹ in populo
 suo. **N**oluerūt quidam interptes n̄ri iraz
 ponere: in eo q̄d grecus habz θυμῶς: sed
 q̄dam iraz posuerūt: q̄dam v̄o indignatio
 nem: q̄dam animū interpretati sunt. **Q**uod
 libet aut̄ horū dicat: perturbatio nō cadit
 in deum: sed de cōsuetudine translatus po
 tentiam vindicandi s̄ nomen accepit. **E**t
 abominatus est hereditatem suā.
Et tradidit eos in manus gētū:
 z dominati sunt eorū q̄ oderūt eos.
Et tribulauerūt eos inimici eorū:
 z humiliati sunt sub manib⁹ eorū.
Quādo eos hereditatē dei vocauit: mani
 festum est q̄ non ad p̄ditionē: s̄ ad discipli
 nā eos abominat⁹ ē: z tradidit eos i man⁹
 inimicorū. **B**eniq̄ sequit̄. **S**epe libera
 uit eos. **I**pi aut̄ exacerbauerūt eū
 in consilio suo. **H**oc est q̄d supius ait:
Non sustinuerūt cōsiliū ei⁹: Perniciosum
enī est cōsiliū hoīs ipi homi: quo ea querit
que sua sunt: nō q̄ dei sunt. In cui⁹ heredi
tate q̄d ip̄e nobis est: cū ad fruendū se pre
bere dignat: nullas patiemur cū sancti so
cietatis angustias: dilectione rei n̄fe qua
si puate. Gloriosissima q̄ppe illa ciuitas ad
epta p̄missam hereditatē: in q̄ null⁹ morie
tur: nullus oriet: nō habebit ciues q̄ singu

Alia Ista
 sp̄lin suum

li gaudeāt suis rebus: qz de⁹ erit oīa in om
 nibus. **C**ui⁹ societate quisq̄s in hac pegri
 natione fideliter z flagrant desiderauerit:
 assuescit puatis p̄ferre cōmunia: nō sua q̄
 rendo: sed q̄ Jesu christi: **N**e sibi sapiens:
 z sibi cōsulens exacerbet deū consilio suo:
 s̄ sperans q̄d nō videt. **N**ō festinet de his
 que vident fieri beatus: atq̄ illud eternuz
 q̄d non videt patient expectans: ei⁹ in p̄
 missionib⁹ sequat̄ consiliū: cuius in tēpta
 tionib⁹ p̄cat̄ auxiliū. **I**ta erit z humil⁹ in cō
 fessionibus suis: ne fiat istoꝝ siml⁹ de qui
 bus dicit̄. **E**t humiliati sunt in iniq̄
 tatibus suis. **D**eus tñ plenus misericōdia
 nō neglexit eos. **E**t vidit cū tribula
 rentur: cū audiret oratione eorū.
Et memor fuit testamēti sui: z pe
 nituit eum h̄m multitudinem mise
 ricordie sue. **P**enituit dictū est: qz mu
 tauit q̄d eos p̄dituros videbat. **E**t apud
 deum q̄dem disposita z fixa sunt oīa. **N**ec
 aliud facit q̄si cōsilio repentino: quod non
 ex eternitate se facturū esse p̄scuit: s̄ i crea
 ture tp̄alibus motib⁹ quā gubernat mira
 biliter ip̄e nō tp̄alif motus: quasi repentiā
 volūtate facere dicit̄: q̄d ordinatis rerum
 causis cōsiliū sui secretissimi immutabilita
 te disposuit: qua suis queq̄ tp̄ibus agnita
 agit: ita z p̄sentia facit: z futura iā fecit. **E**t
 ad hec q̄s idone⁹: **A**udiam⁹ itaq̄ scriptu
 ram humilif excelsa dicentē: **C**ū z paruu
 lis nutriendis sumenda porrigit: z maiori
 bus exercendis p̄scrutanda p̄ponit. **E**t vi
 dit cū tribularent: cū audisset orationē eo
 ruz: z memor fuit testamēti sui: **U**tiq̄ testa
 menti eterni: q̄d disposuit ad **A**braam: nō
 veteris q̄d abolet: sed noui q̄d etiā in vete
 ri abscondit̄. **E**t penituit eū h̄m multitudi
 nez misericōdie sue. **H**oc fecit q̄d disposuerat:
 s̄ cōtribulatis z orantib⁹ se id̄ p̄cessuz esse
 p̄sciuerat: qz z ip̄a oratio eorū: cū adhuc si
 esset: sed futura esset: deū p̄culdubio nō la
 tebat. **E**t dedit eos in misericor
 dias. **U**t essent nō vasa ire: s̄ vasa miseri
 cordie. **I**deo aut̄ puto pluralif misericor
 dias dictas in q̄s eos dedit: qz vnusq̄sq̄
 p̄p̄riū donū habet a deo: alius sic: ali⁹ aut̄
 sic. **B**edit q̄ eos in misericōdias. **I**n conspe
 ctu oīm q̄ cepant eos. **A**ge nunc q̄sq̄s
 hec legis: z gr̄am dei qua in eternā vitaz p̄
 d̄m nostrū **J**esum christū redimimur: le
 gēdo in ap̄licis l̄ris: in p̄pheticis aut̄ scrū
 tādo cogicis: z vet⁹ testamētū i nouo reue
 latū: in veteri nouū velatū vides: **R**ecole

Alia Ista
 tet audiret

quē dixerit apłus Paulus pncipem ptāt
aeris qui opatur in filijs infidelitatis: z illō
vbi ait de quibūdā: vt respiscāt de diabo
li laqueis captiuitati ab ipō fm ipsius vo
luntate: z verba dñi nostri Jesu christi vbi
eū expellēs de fidelū cordib⁹ ait: **Nūc pnc**
ceps hui⁹ mūdi missus est foras: z ipi⁹ itidē
apłi dicēt: Qui eruit nos de potestate tene
brarū: z trāstulit in regnū filij caritatis sue.
Hec atqz huiusmodi ratiocinatijs intēde
animū: z in litteras veteris testamēti: z vi
de qd cantet in eo psalmo cui⁹ ē titulus qñ
domus edificabāt post captiuitatē. Ibi. n.
dī: Cātate dño canticū nouū. Et ne existi
mes ad iudeoz pplm tmmodo ptinere. Cāt
tate inq̄t dño ois fra: cantate dño: z bñdi
cite nomē eius: annūciate: vel poti⁹ bñ nū
ciate: imo vt ipm verbū qd in greco positū
est transferā euāgelizate diē ex die salutare
eius. Hinc em euāgelij nūcupatū est in q̄
annūciat dies ex die dñs christus: lumē de
lumine: filius ex patre. Hoc em est z saluta
re eius: qz salutare dei christus est: sicut et
supius iam demonstraui⁹. Annūciate in
gentib⁹ gloriā eius: in omnib⁹ populis mi
rabilia eius: Qm̄ magnus dominus z lau
dabilis nimis: terribilis ē sup omnes deos:
quoniā omnes dij gentiū demonia. Isti q̄
inimici cum rege suo diabolo: captiui te
nebant populū dei. De qua captiuitate cū
redimimur: z pncps h⁹ mūdi mittit foras:
edificat domus post captiuitatē: cui⁹ lapis
angularis ē christus: q̄ duos cōdidit in se i
vnū nouū hominē faciens pacē: quā dies
ex die veniens euāgelizauit eis q̄ erāt ppe:
z eis qui erant longe: faciens vtracqz vnuz:
z adducens alias oues que nō sunt de hoc
ouili: vt sit vnus grex z vnus pastor. Et ita
d⁹ dedit i misericordias pdestinatos suos:
qz nō volentis neqz currētis: sed miserētis
est dei. In cōspectu omnium qui ceperant
eos. Hi ergo inimici diabolus et angeli ei⁹
captiuaerāt pdestinatos in dei regnum z
gloriā: a redemptore aut nostro foras missi
qui dominari infidelibus solebant intrinse
cus: fideles oppugnāt extrinsec⁹. Sed op
pugnāt: nō expugnant eos qui apprehen
dūt turrin fortitudinis a facie inimici. Et
autē oppugnent: sentiūt in nobis esse infir
mitates reliquas ppter quas dicim⁹: Bi
mitte nobis debita nostra: ppter quas di
cinus: ne nos inferas in temptationē: sed
libera nos a malo. His itaqz inimic⁹ ciecti
perfecit dñs christus sanitates in corpore:

cui caput est ipse saluator corporis: vt in eo
ipse corpe suo tertia cōsummet. Sic em di
xit: **Ecce eicio demonia: z sanitates pficio**
hodie z cras: z tertia cōsummor: id est pfi
ciōz: occurrētibus omnib⁹ nobis in vrum
pfectum: in mensuram etatis plenitudinis
christi. Itaqz electis demonijs a quib⁹ ca
ptiui tenebamur: pfecit sanitates. Ideo et
hic cum dixisset: A dedit eos in misericor
dias in cōspectu omnū qui ceperant eos:
tanq̄ electis demonijs qui ceperāt: fit ora
tio vt pficiat sanitates. Saluos nos
fac domine deus noster: z cōgrega
nos de nationib⁹. Vel sicut alij coar
ces habent: De gentibus. Et con
fiteamur nomini sancto tuo: z glo
riemur in laude tua. Deinde breuiter
subiecit ipsam laudē. Benedict⁹ do
minus deus israel a seculo et vsqz
in seculum. Quod intelligimus ab eter
no vsqz in eternum: quia sine fine laudabit
ab eis de quib⁹ dicit: Beati q̄ habitant in
domo tua i secula seclorū laudabūt te. Ipa
est tertia psummatio corporis christi: ciectis
demonijs: z pfectis sanitatib⁹ vsqz ad ipsi⁹
corporis immortalitē regnū sempiternū p
fecte laudantū: qz pfecte amantiū. Perfe
cte aut amantiū: qz facie ad faciē contem
plantū. Tunc em pficietur qd in p̄ordio
psalmi hui⁹ oratū est. Memento nostri do
mine in beneplacito ppli tui: visita nos i sa
lutarū tuo: ad videndū in bonitate electoz
tuoz: ad letandū i leticia gentis tue: vt lau
deris cū hereditate tua. Nō em de iudeis
solas cōgregat oues que perierūt domus
israel: sed etiā eas q̄ nō sunt de illo ouili: vt
sit grex vnus: vt dictum est: z vnus pastor.
Iudei vō cum putant ad suū regnū visibi
le istam ptinere pphetiā: qz spe inuisibiliū
honorū gaudere nō norūt: in laqueos illi⁹
ruturi sunt: de quo dñs ait: Ego veni i no
mine patris mei: z nō suscepistis me: alius
veniet in nomie suo: z hūc suscipietis. Be
q̄ apłs Paul⁹ ait: Quia reuelabit hō pec
cati filius interit⁹ qui aduersat et extollitur
sup omne quod dicit⁹ deus aut qd colitur:
ita vt in templo dei sedeat ostēdens se tan
q̄ sit d⁹: Et paulo post: Tūc reuelabit inq̄t
iniquus: quē dñs Iesus interficiet spiritu
oris sui: z euacuabit illuminatōe p̄sentie sue
eum cui⁹ est p̄sentia fm opationē sathane i
omni virtutez signis et pdigijs mendaci⁹:
z in omni seductōe iniquitatis his qui pe
reunt: p eo qd dilectionē veritatis nō rece

peruut vt salui fieret: et ideo mittet illis de-
 opationem erroris vt credant mendacio: et
 iudicent omnes qui non crediderunt verita-
 ti: sed consenserunt iniquitati. Per istum re-
 fugam: per istum qui se extollit super omne.
 quod dicit deus: et quod colitur: videt mi-
 hi populum israelitarum carnalium putaturum im-
 pleri istam prophetiam: qua dictum est. Saluos
 nos fac domine deus noster: et congrega nos de
 gentibus: quod illo duce velut in conspectu ini-
 micorum suorum visibilibus: qui eos visibiliter
 captiuauerat: habituri sunt visibilem glo-
 riam. Sic credunt mendacio: quia dilectionem
 veritatis non receperunt: vt non bona carna-
 lia: sed spiritualia concupiscerent. Sic enim a
 diabolo decepti sunt: vt occiderent christum:
 quando dixerunt: Si dimittimus eum sic: omnes
 credent in eum: et venient romani et tollent
 nostrum et locum et gentem: quando Caiphas
 vnus ex ipsis cum esset pontifex anni illius di-
 xit eis: Vos nescitis quicquam: nec cogitatis:
 quia expedit vobis: vt vnus moriatur homo
 pro populo: et non tota gens pereat. Hoc autem
 sicut euangelista intellexit: non a seipso dixit: sed
 cum esset pontifex anni illius prophetauit: Quia
 Iesus moriturus erat pro gente: et non tantum pro
 gente: id est pro quibus que perierat domus
 israel: sed vt filios dei qui erant dispersi con-
 gregaret in vnum. Dabebat enim alias oves
 que non erant de illo ovili. Istas vniuersas
 oves: et de israelitis: et de gentibus diabo-
 lus: et eius angeli captiuauerat. Expulso itaque
 ab eis diaboli dnatu in conspectu maligno-
 rum spirituum que eas captiuauerat vt saluent et
 perficiant in eternum: vox earum est in prophetia:
 Saluos fac nos domine deus noster: et congre-
 ga nos de gentibus: Non sicut pro anticristum
 compleri existimant iudei: sed pro christum do-
 minum nostrum venientem in nomine patris sui:
 diem ex die salutare eius: de quo et hic di-
 ctum est: Visita nos in salutari tuo. Et di-
 cet omnis populus. Iste predestinatio-
 rum de circuncisione et proputio: gens sancta:
 populus in adoptionem. Fiat fiat.

Explicit Tractatus de ps. CV.
 Incipit Tractatus de ps. CVI.

Psalms iste miseraciones dei com-
 mendat nobis probatas in nobis: et
 ideo expertis est dulcior. Et mirum si
 potuerit suavis esse cuilibet: nisi illi qui id
 quod in isto psalmo audit: in se didicit. Non
 tamen vni alicui vel duobus: sed populo dei
 conscriptus est: et ad se agnoscendum tanquam in
 speculo propositus. Cuius titulus non nunc tra-

ctandus est. Est enim: Alleluia. Et bis al-
 leluia. Quod nobis cantare certo tempore sol-
 lenniter moris est: secundum ecclesie antiquam tra-
 ditionem. Neque enim et hoc sine sacramento cer-
 tis diebus cantamus alleluia. Certis quidem
 diebus cantamus alleluia: sed omni die cogitamus.
 Sic enim hoc verbo significat laus dei: et si
 non in ore carnis: certe in ore cordis: semper
 laus eius in ore meo. Quod autem non semel
 sed bis habet alleluia: titulus iste: non huius
 psalmi proprius est: sed et alius superior sic ha-
 bet. Et quantum apparet ex eiusdem textu cantatus
 est ille de populo israel. Cantatur autem iste de
 vniuersa ecclesia dei diffusa toto orbe ter-
 rarum. Forte non immerito bis habet alleluia:
 propter quod clamamus: Abba pater: cum
 aliud nihil sit abba: quam pater. Non tamen fru-
 stra dixit apostolus: in quo clamamus: abba
 pater: nisi quia vnus quidem paries veniens
 ad lapidem angularem clamat: abba: alius
 ex alio latere clamat: pater: in illo vtiq; la-
 pide angulari qui est pax nostra: qui fecit
 vtraque vnum. Et ideoam ergo hic quid ad-
 moneamur: et vnde gratulemur: et vnde ge-
 mamus: et vnde auxilium postulemus: vnde
 deseramur: vnde nobis subueniamus: quid si-
 mus per nos: quod per misericordiam dei: quod
 nostra superbia conteras vt illi gratia glo-
 rificetur: vnicuique hominum quod dicitur sum:
 si fieri potest conteras in se. Loquor autem
 hominibus qui ambulat in via dei: et constitu-
 ti sunt in aliquo profectu spiritali. Unde si qui
 forte propter hoc minus me intelligunt: inue-
 niant vbi sunt: et proficiendo ad intellectum fe-
 stinent. Non autem arbitror deserturum deum
 conatum nostrum: vt ad omnes pueniat quod
 loquimur siue expertos: siue in expertos: vt ex-
 pti approbent: in experti desideret: et omnibus
 suavis sit disputatio mea: que primum domi-
 no suavis erit: si veridica erit. Veridica autem
 erit: si non mihi a me: sed ab illo erit. Sic ce-
 pit psalmus.

Quoniam inquit domine quonia
 suavis est: quonia in secu-
 lum misericordia eius. Hoc co-
 nitemini: quonia suavis est. Si gustastis co-
 nitemini. Non potest autem confiteri qui gu-
 stare noluit. Unde enim dicitur est suave
 esse quod nescit: Vos autem si gustastis quod
 suavis est dominus: confitemini domino quo-
 niam suavis est. Si gustastis auditate: con-
 fessione ructare: In seculum enim misericor-
 dia eius: id est in eternum. Sic enim ita posi-

Alia
 t bonus.
 t non habet